

E. Galatarum est, non in malo emulari falsos Doctores; sed Paulum absentem in bono.

Antec. (1) proponit v. 19. Τεκνία μου. Ubi Apost. blandissime compellat Galatas, ut suo amore paterno, & ardenti erga illos testetur, & demonstret, se non aliter Galatas complecti, ac Pater suos Filios paterno affectu prosequitur.

(2) probat. Nam Paulus Galatas filiolos suos, scil. à falsis Doctoribus seductos, vel circumventos, pravisq; opinionibus imbutos, iterum parturit, & ad pristinam sinceritatem, vel affectum erga doctrinam Evangelicam revocat, non sine magnis doloribus, & ingenti labore spirituali, donec salutaris Christi agnitio, per Seductores oblitterata, in ipsis restauretur, & de integro illis imprimatur, quod propon. v. eod: Τεκνία μου, & πάλιν ὠδίω, ἄχευς & μορφωθῆν χεῖρὸς ἐν ὑμῖν. Ubi articulus postpositivus & ponitur pro à, & constructio non ad vocem præcedentem τεκνία; sed ad sensum refertur, & Apostolus se comparat dulcissimæ Matri, parturienticum magno dolore, & molestiâ, atque ex amore erga prolem, omnem laborem, & dolorem æquo animo patienter ferenti, ut ostendat, se non tantum magnâ anxietate dolere ob defectionem Galatarum, quos antea per prædicationem Evangelii pepererat; sed etiam illos ingenti amore prosequi, omnemque laborem æquanimiter, & patienti animo ferre, & in eo totum esse, ut Galatæ, sicut foetus in utero formetur, denuò gignantur, pristinaque in ipsis reparetur felicitas, per fidei Justitiam, quâ Christus in nobis formatur, & restauratur.

In hac sufficienti, & solidissimâ informatione, & responsione, Galatæ debuissent acquiescere. Verum, instinctu Pseudo Apostolorum, ulterius seqv. modo opponunt:

OBJECT, IV.

Paulus absens nos iteratis vicibus objurgat.

E. Paulus absens nos non emulatur, non ardenti amore prosequitur.

C3

Resp.